



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

Auctor Beneuolo Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

Auctor Beneuolo Lectori.

P Praxis hæc, ne te lateat benigne Lector, post primam impressionem in aliquibus non fuit probata Sacra Censura Romana: Ego ipsemet quoq; multa postmodum in ea indigesta, immatura, nec satis auctoritatibus firmata, (ut quæ velut in Breviarium quoddam memoria tantum mea iuuanda causa opere tumultuario congefferim) plurima quoque necessaria omissa aduertit, & consilium quod de ea non diuulganda, iam ab initio firmum statueram, importunitas vero amicorum, subuertit, iterum laudavi: sero tamen, nec re integra, unde aliud ineundum fuit, mihi quidem diuersis iam studijs & curis implicito, auleq; dedito, molestum & graue, sed tibi forte non inutile. Omnia itaque notata à S. Censura Romana reieci, vel ad mentem eiusdem correxi: plurima sententijs & auctoritatibus firmaui; ea omnia quæ deesse videbantur ad vsum Forenssem necessaria, suppleui; materias meliori ordine distinxi; totum denique libellum maiori labore quam sinxeram perpoliui, tu utere si libet. Vnum te monitum velim, ne saltem leui sic facias Rescripta & Decreta Summorum Pontificum, in quibus neruus & tota vis Praxis Ecclesiastica, & quæ in vnum fideliter ex probatis exemplaribus collecta, alibi vix repereris. Vale.